



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

In Cap. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

hi duo viri, qui postmodum, seu lampades
duæ fulserunt in seculo, sub medio occul-
tarentur.

I N C A P. III.

AD Brunichilden, eiusque nepo-
tes extant S. Gregorij epistolæ li.
5. epist. 15. 58. 59. de eaque Fortuna-
tus, maximè lib. 6. Ionas in S. Colūb.
c. 18. 19. 30. 31. Iste vero *Aridius*, Epi-
scopus fuit Lugdunensis, qui B. *Desi-
derio* Viennensi Episcopo exilij, mor-
tisque causa cum eadem Brunichil-
de, quæ ab illo de variis arguebatur
criminibus, extitit, vti ab Aimoino
scriptum libr. 3. cap. 89. 92. Adone in
Chron. p. 187. Martyrol. d. 23. Maij.
Et de eodem rursus Aridio Aimoi-
nus c. 93. l. 3. qui ab optimo illo valde
diuersus, de quo lib. 10. c. 29. Turo-
nensis. Vide & Venantiū li. 5. epig. 20.
Veneno] Aimonius l. 3. capit. 99. li-
cet Auentinus lib. 3. scribat: *Theoderi-
cus dum Mediomatricum urbem ingredi-
tur, de caelo fulmine tactus interit, Ionas*

l. 1. c. 31. Theodericus, diuinitus percussus,
inter flagrantis ignis incendia mortuus
est.

IN CAP. IIII.

A selbergam] Ipse Romaricus in suo
diplomate, quod apud Dominum de
Rosieres tomo 5. p. 288. est; vocat
primogenitam suam *Gerdrudem* Ab-
batissam, eiusque sororem *Claram*.
Vnde l. 4. ligni vite Arnoldus V Vion
p. 554. *Gertrudem* Romarici filiã, pri-
mam illius loci Abbatissam vocat.
Eustasius] Eius extat vita, prout antè
in cap. 1. significauit. Anniuersaria
memoria in Martyrol. die 29. Martij.
D. V Velferus li. 4. rerũ Boicarũ p. 220.

B. *Amatus*.] E Gratianopolita-
na ciuitate, Romanaque nobilitate hic,
cum esset adhuc adolescens, à Patre, Au-
gennensi S. Mauricij cœnobio munus Deo
gratissimum oblatus est, inquit, ipsius a-
pud Surium loco citato vita c. 1. in
qua & eius iste ad S. Romaricum ad-
uentus, & sermo describitur c. 8. To-

I 4 mo